



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Quòd post septem annos poenitentem sacerdotem censura canonum in
pristinum statum remeare, præcipiat. lxxxii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BVRCHARDI. EPIS. VVORMAC

Decadent re. Cap. LXXXI.

Ex dictis **I**sidorus in Euangelio Ephesi præpositum, id est, sacerdotem ostendit iuxta Malachiam qui dicit: Labia sacerdotum custodiunt scientiam, & legem exquirant ex ore eius: qui angelus domini exercituum est. Candelabrum enim angelum doctrinae sacerdotis, vel honor potestatis, quam gestat intelligitur. Candelabrum enim sacerdotis: quia charismata intelliguntur honoris, tunc penitus iuxta Ioannem mouetur, quando post delicta, neglecta pœnitentia, admissa sceleri non deflentur. Non enim dicit, quia cecidisti mouebat candelabrum tuum, sed nisi pœnitentiam egeris, mouebat candelabrum tuum.

Quod post septem annos pœnitentem sacerdotem censura canonum in pristinum statum remeare principiat. Cap. LXXXII.

Itē idem. **C**anonum censura post septem annos remeare pœnitentem sacerdotem in statum pristinum præcepit, non expletione propriarbitrii, sed potius ex sententia diuinæ dicitur. Nam legitur, quia Maria soror Aarō prophetissa, dum obtrecentationis aduersus Mosen incurrisset delictum, illico stigmate lepræ percussa est. Quumque petisset Mosen vitium mundaretur, præcepit eam extra castra egredi septem diebus, & post emundationem rursus eam castris reuerti. Maria ergo soror Aaron caro intelligitur sacerdotis. Quæcum superbiæ dedita sordidissimis corruptionum maculatur et roribus moretur extra castra septem diebus, id est, à collegio Ecclesiæ sanctæ septem annis proiiciatur, quibus post emundationem vitiorum, loci siue pristinæ dignitatis recipiat meritum.

De populi necessario quod inultum soleat præire. Cap. LXXXIII.

Ex decr. **P**ræuideat ergo dilectio vestra hactenus talia transire, & aduertite quod utique ut dicitis necessitas imperavit, papæ episcopi in pace etiam Ecclesiæ constitutas non posse præsumere, scopus de sed ut saepe accidit, quoties à populis, aut à turba peccatum, Macedonia quia in omnes propter multitudinem non potest vindicari missis ut inultum solere transfire. Priora ergo dimittenda dico Dei iudicio, de reliquo maxima sollicitudine præcaendum, non enim hic, ut mihi videtur, iste docttor apostolicus dicit non necessariam esse populo pro malè commissis agere pœnitentiam.